

# Melléklet

## Venerabili Fratri Nostro IOSEPHO S.R.E. CARDINALI MINDSZENTY

### PAULUS PP. VI

#### Venerabilis et dilectissime Frater Noster, *salutem et Apostolicam Benedictionem.*

*Perlegimus et coram Deo Nobiscum reputavimus – ea scilicet obsequii plena consideratione quam a Nobis veneranda tua postulant promerita – litteras quas, ad Nostras respondens Kalendis Novembris datas, nuper ad Nos mittendas curasti per humanissimum amicumque officium Cardinalis Archiepiscopi Vindobonensis.*

*Maximae tamen eademque gravissimae causae, quibus ad scribendum tunc compulsi sumus – et Deus solus novit, quo maerore sed etiam quo certo consilio id fecimus – non sinunt ut illa postulata Nostra, magna cum confidentia ad te facta, etiam post tuam acceptam responsionem remittamus, etsi id, ob antiquam benevolentiam in te Nostram, gratissimum Nobis foret.*

*Etenim haec postulavimus minime quidam humanis rationibus ducti, neque propositum persequentes quorundam hominum vel politicarum potestatum desiderii obsecundandi, sed Ecclesiae amore unice permoti: eum dicimus amorem, qui – cum agatur de Ecclesia in Hungariae terris superstite, laborante, at firmam fovente spem – in sollicitudinibus et propriorum munerum conscientia consociat et primatialis illius nobilissimae archidioecesis Pastorem, et Eum ad quem, etsi haud dignum, spectat episcopalis, directa et immediata cura sive universi Christiani gregis, sive omnium huius gregis partium, per terrarum orbem exstantium.*

*Equidem singulari animi attentione examinavimus sententias, quas Nobis aperuisti de praesentibus rerum condicionibus ad ecclesiasticum regimen et ad sacerdotalem disciplinam in tua Natione attinentibus, sicut iam super iis cogitavimus, quas per epistulam diei XXI superioris mensis Novembris notas fecisti. At iisdem istiusmodi sententiis magis magisque urgeri sentimus ut nullum omittamus conatum, nullam neglegamus occasionem inquirenti qua ratione, prout facultas Nobis offertur et quo meliore modo Nobis permissum est, summis illorum fidelium et sacerdotum necessitatibus occurramus.*

*Apostolica Sedes rerum veritatem non dissimulat, neque inanes mentis imagines nutrit aut humanis pollicitationibus, tam saepe fallacibus, fidem praestat; sed promissiones, a Divino Conditorae suae Ecclesiae hic in terris peregrinanti factas,*

*supernaturali confidentia prae oculis habens, numquam defatigatur, difficultates eluctans, ministerium suum prestare fratribus, in quos magnum onus incumbit inter adversa rerum adiuncta fidei flammam alendi.*

*Ut haec consequatur, eadem Apostolica Sedes ne recusat quidem gravissima sacrificia sibimetipsi imponere eademque, cum id omnino videatur necessarium, ab iis etiam petere, quos vel maxime colit et honore afficit: ipsa enim sublime decus esse reputat iacturas pro Ecclesia suscipere, cui nempe Ecclesiae nos omnes vitam ipsam impendere tenemur, quaeque sibi commissum munus pergere debet, vel cum rerum adiuncta aut Pastores mutant.*

*Quam ob rem, neque tua prorsus singularissima merita obliti sumus, quae in diuturno et asperis tribulationibus affecto pastoralis ministerio tibi comparasti, neque ingratum animum erga te habuimus – cuius heroicum vitae testimonium universale Ecclesiae monens exemplum et decus manebit – cum a te petivimus ut novum et magis onerosum servitium tuae archidioecesi praestares: quod etiam fecimus, ut scilicet occasione Nobis nunc oblata fruamur, quae posthac forsitan haberi nequibit, pastorale Strigoniensis Ecclesiae regimen tali Presuli concredendi, qui bona spe spondere videtur, se fidele ministerium praestitutum esse.*

*Percupiebamus sane ut haec Nostra agendi ratio a te probaretur, et tuam adiutricem operam, voluntariam sane etsi dolore plenam, obtineremus.*

*Dubitationes tamen, quae animum tuum sollicitant et angunt, plane intellegimus. Neque voluntas est Nobis te cogere, ut contra tuam opinionem, per formalis renuntiationis actum, tale pondus in te recipias, a quo tua refugit conscientia.*

*Quam ob causam, dubitationes tuas aversamque voluntatem benevola observantia prosequentes, putamus tamen Nos facere non posse quin, post rerum adiuncta mature et accuratissime coram Domino perpensa, illud in Nos suscipiamus onus, quod apostolicum officium ad animorum bonum procurandum Nobis iniungit: igitur, non voluntate moti tam dignum ac benemerentissimum Pastorem destituendi, sed illum in pastoralis regimine opportuno modo substituendi, cum unice prae mente habeamus gravissimas rationes, Ecclesiae bonum spectantes, archiepiscopalem Strigoniensem Sedem declarare decrevimus, quemadmodum in facto declaramus, posthac esse vacantem. Quae vacatio, cum omnibus effectibus canonicis, tunc innotescet, ex quo nominatio novi eiusdem Sedis Archiepiscopi, vel eius Apostolici Administratoris “sede vacante” publici iuris facta sit.*

*Id procul dubio tibi erit dolori, cum commissum gregem tantopere dilexisti et tantas pro illo sustinuisti aerumnas; sed efficax sumes etiam solacium, cum cogitaveris te, procul a patriae finibus extorrem, pastoralis quidem regiminis curis levatum esse, sed non honore semper te appellandi emeritum illius archidioecesis Pastorem, neque vinculo spiritualis amoris et paternae coniunctionis.*

*Deus, qui iudex est cordium, conspicit sane quo animo ad huiusmodi descenderimus consilium. Neque umquam, aequae atque hac occasione, percepimus Nos*

*tecum esse coniunctos illius caritatis grataeque existimationis nexibus, qua te admiratione prosequimur ob tuam fidelitatem tuaque officia, quae Christi Ecclesiae praestitisti et in posterum etiam praestare perges.*

*Tibi praeterea confirmamus, Nos omni cum benevolentia tuos considerare timore de spiritualibus Hungarorum civium necessitatibus, procul e patria degentium. Hoc super tantae gravitatis argumento cupimus tecum agere, ut ad commodos exitus perveniat, ita ut anxiae tuae iustissimaeque curae sedentur.*

*Dum igitur tibi gratiam Domini nostri Iesu Christi et caritatem Dei et communicationem Sancti Spiritus supplici amantique prece invocamus, Apostolicam Nostram Benedictionem propensissima cum voluntate tibi impertimus.*

*Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XVIII mensis Decembris, anno MCMLXXIII, Pontificatus Nostri undecimo*

*Paulus P. P. VI- (s.k.)*

Dokumentumerejű a Mindszenty-titkárságon, Bécsben készült német fordítás is, amint azt a Majthényi-Házban megtaláljuk:

## Unserem verehrten Bruder Josef Sr. Eminenz Kardinal Mindszenty

### Papst Paul VI.

## Unserem verehrten und innigst geliebten Bruder Gruß und Apostol. Segen

*Wir haben den Brief, den Du als Antwort auf Unser Schreiben vom 1. November neulich durch die sehr freundliche und freundschaftliche Kanzlei des Kardinal-Erzbischofs von Wien an uns schicken ließest, gelesen und vor Gott mit der Achtung, die Deine verehrungswürdigen Verdienste von Uns verlangen, alles erwogen.*

*Vor allem hören jene schwerwiegenden Gründe, die Uns damals zum Schreiben gezwungen haben – und Gott weiß, mit welcher Trauer, aber auch mit welcher sicherem Entschluß Wir dies getan haben – nicht zu bestehen auf, sodaß Wir jene Unsere Forderungen, die Wir mit großem Vertrauen zu Dir gestellt haben, auch nach dem Erhalt Deiner Antwort nicht fallen lassen (oder mildern) können, wenn Uns das auch wegen Unseres alten Wohlwollens gegen Dich, sehr willkommen wäre.*

*Wir haben das nämlich nicht im geringsten durch menschliche Gründe bewogen, verlangt und auch nicht der Absicht gewisser Menschen oder den*

Wünschen politischer Mächte willfährig durchgeführt, sondern einzig und allein aus Liebe zur Kirche: nennen Wir sie die Liebe, an der er leidet, wenn es sich um die gegenwärtige Situation der Kirche in Ungarn handelt, zugleich aber auch von fester Hoffnung glüht, die Liebe also, die sich mit der Sorge und dem Gewissen bezüglich der eigenen Pflichten verbindet, für einen Hirten jener sehr hervorragenden Erzdiözese zu sorgen den (sic!), wenn auch unwürdig die bischöfliche unmittelbare Sorge der Leitung angeht, sei es der ganzen christlichen Herde oder wenn es sich um deren auf der ganzen Erde zerstreuten Teilen handelt, verpflichtet. (Sinn: Der Papst ist als oberster Hirte der Kirche verpflichtet, für deren Leitung zu sorgen.)<sup>44</sup>

Wir haben allerdings mit besonderer Aufmerksamkeit die Ansichten, die Du uns über die gegenwärtigen kirchlichen Umstände und Bedingungen unter dem Regime und über die Disziplin der Priester in Deiner Nation eröffnet hast, geprüft, wie wir übrigens schon früher darüber nachgedacht hatten, worüber Du in Deinem Brief vom 21. November berichtet hattest. Aber durch die Berichte dieser Art fühlen Wir uns immer mehr gedrängt, keinen Versuch zu unterlassen und keine Gelegenheit zu versäumen, die Gründe hiezu zu erforschen, wie uns die Möglichkeit geboten wird und es Uns besser möglich ist, den größten Nöten der Gläubigen und der Priester abzuhelpfen.

Der Apostolische Stuhl entstellt die Wahrheit der Dinge nicht, nährt keine vagen Vorstellungen und bevorzugt keine menschlichen Versprechungen, die oft ganz falsch sind, sondern glaubt an die Versprechen, die vom göttlichen Stifter seiner hier auf Erden pilgernden Kirche gemacht worden sind; Wir halten also übernatürliches Vertrauen vor Augen, das niemals ermüdet, Schwierigkeiten zu überwinden, seinen Dienst den Brüdern anzubieten, auf denen unter den ungünstigsten Umständen eine große Last bedeutet, die Flamme des Glaubens zu nähren.

Um dies zu erreichen schreckt derselbe Apostolische Stuhl nicht einmal davor zurück, sich selbst sehr große Opfer aufzuerlegen und die gleichen, wenn es ihm überhaupt notwendig erscheint, auch von denen zu verlangen, die er entweder am meisten verehrt oder denne er Ehre erweist; er selbst hält es nämlich für eine hohe Auszeichnung, für die Kirche Schwierigkeiten auf sich zu nehmen, die nicht nur die Kirche bedrohen, sondern auch an unserem Leben zehren, mit denen wir unsere übernommenen Pflichten doch weiterhin erfüllen müssen, oder es ändern sich mit den Umständen auch die Hirten.

Deshalb haben Wir Deine mit einem Wort einzigartigen Verdienste nicht vergessen, die Du Dir in dauerndem, von schweren Drangsalen bedrückten pastoralem Dienst erworben hast, und Wir hegen gegen Dich auch nicht den Geist der Undankbarkeit, dessen Leben als heroischen (sic!) Zeugnis der ganzen Kirche

<sup>44</sup> A magyarázó jegyzet a bécsi fordító illesztette be.

ein mahnendes Beispiel und eine Zierde bleiben wird, wenn Wir von Dir verlangen, daß Du Deiner Erzdiözese einen neuen noch schwereren Dienst erweisen mögest, was Wir auch deshalb getan haben, damit Wir die Gelegenheit, die sich Uns geboten hat, nützen, die es später vielleicht nicht mehr geben wird, die pastorale Leitung der Kirche von Esztergom einem solchen Vertreter anzuvertrauen, der die gute Hoffnung zu verbürgen scheint, daß er einen treuen Dienst leisten werde.

Wir wünschen also sehr, daß die Absicht unserer Handlungsweise von Dir gutgeheißen werde und Wir Deine Mitwirkung freiwillig, wenn auch voll Schmerz, erhalten.

Wir verstehen natürlich die Bedenken, die Deine Seele erregen und ängstigen. Wir haben keineswegs den Willen, Dich zu zwingen, daß Du gegen Deine Überzeugung, durch den Akt des bloß formellen Berichtes, eine solche Belastung auf Dich nimmst, wogegen sich Dein Gewissen wehrt.

Aus diesem Grunde glauben Wir dennoch, daß Wir es nicht hätten tun können, da Wir nach reiflicher und aufmerksamer Überlegung vor dem Herrn alles durchdacht haben, diese Bürde nicht auf Uns zu nehmen, die Uns das apostolische Amt zum Wohl der Seelen auferlegt. Wir sind also nicht von Willkür bewogen, einen so würdigen und wohlverdienten Hirten abzusetzen, sondern ihn auf geeignete Weise in der pastoralen Leitung zu ersetzen; da Wir einzig und allein nur die sehr ernstesten Überlegungen im Sinne haben, die sich auf das Wohl der Kirche beziehen, haben Wir beschlossen, den erzbischöflichen Stiz von Esztergom als vakant zu erklären, da er künftig de facto vakant ist. Diese Vakanz wird dann mit allen kanonischen Wirkungen bekanntgemacht werden, worauf die Ernennung eines neuen Erzbischofs oder eines Apostolischen Administrators bei „sede Vacante“ öffentlichen Rechtes gemacht werden kann.

Dies wird Dir weit entfernt nicht zum Schmerz gereichen, da Du die Dir anvertraute Herde so sehr geliebt und für die Du so große Drangsal ertragen hast; es wird Dir ein tatsächlicher Trost sein, wenn Du bedenkst, daß Du fern von den Grenzen der Heimat, als Landesflüchtiger, von den pastoralen Sorgen der Leitung befreit bist, aber immer mir Ehre und geistlich-väterlicher Liebe verbunden, der verdiente Hirte jener Erzdiözese genannt werden wirst.

Gott, welcher der Richter der Herzen ist, sieht natürlich, aus welcher Gesinnung heraus, Wir zu diesem Entschluß gekommen sind. Niemals und bei keiner Gelegenheit haben wir erfahren, daß Wir mit Dir nicht durch jene Liebe verbunden und auf die Bande dankbarer Achtung gestützt, Dich wegen Deiner Treue und Deiner Pflichterfüllung, welche Du der Kirche Christi erwiesen hast und ihr auch in Zukunft erweisen wirst, mit Bewunderung begleiten werden.

Außerdem versichern Wir Dir, daß Wir Deine Unruhe wegen der geistlichen Nöte der ungarischen Bürger fern der Heimat mit Wohlwollen betrachten. Über dieses so ernste Argument wünschen Wir, mit Dir zu verhandeln, damit es zu

*einem günstigen Ende komme, sodaß Deine Ängste und Deine sehr berechtigten Sorgen gemildert werden.*

*Indem Wir also den Dank unseres Herrn Jesus Christus, die Liebe Gottes und die Gemeinschaft des Hl. Geistes in liebevollem und flehentlichem Gebet für dich erbitten, erteilen Wir Dir in bester Gesinnung und Liebe Unseren Apostolischen Segen.*

*gegeben zu Rom, bei St. Peter, am 18. Dez. 1973,  
im 11. Jahr Unseres Pontifikates*

*Papst Paul VI.*